

hoc viderat, se aliquando audiisse refert *B. Dorscheus in Dissert. de provident. div. circa A.C. p. 25.*

§. 21. *Hypothes. Qvarta.*: Illa Apographa, quæ à privatis Scriptoribus aut etiam Typographis per injuriam aut incuriam Variata, & ex hac causa à Statibus, aut horum nomine à Doctoribus Nostris rejecta fuerunt, nihil ad probandam mutationē facere. Licentia enim privata non est autoritas publica, qua Aug. Confessio tanquam Publica unice nititur.

§. 22. *Hypothes. Qvinta.*: Utrumq; quidem Exemplar, tam Latinum quam Germanicum, esse authenticum, cum utrumq; nomine publico scriptum & subscriptum, imò & exhibitum fuerit; Germanicæ

E 4 ta-